

## trigesimusquartus

grauibus: quæq; serpunt. Vritur carbonibus ut chalcitis, mysi aliq; tradiderunt fieri ex usto lapide i scro-  
bibus flore eius luteo miscente se ligni pinea fauilla. Reuera autem e supradicto fit lapide cōcretū na-  
tura discretumq; & optimū in cypriore officinis cuius notæ sunt friati auræ scintillæ. & cum tētatur  
harenosa natura siue terra chalcitidi similis. Hoc autē miscent: qui auge purgāt. Vtilitas autem eius in  
fusi cūrosaceo auribus purulentis: & lana impositi capitis ulceribus. Extenuat etiam scabrias oculo-  
rum inueteratas. Præcipue utile tonsillis: contraq; anginas & suppurata. Ratio ut xvi: drachmæ in he-  
mina aceti coquantur addito melle, donec lentescat. Sic ad supradicta utile est. Quotiēs opus sit mol-  
liri uim eius: mel aspergitur. Erodit & callū pistularum ex aceto fouētium: & collytiis additur. Sistit  
& sanguinē: ulceraq; quæ serpunt, quæue putrescant, absumit & crescentes carnes, peculiariter uiri-  
litas uitiis utile, & fœminæ profluuiū sistit græci cognationē æris fecerunt nomine & atramento  
suto no, appellant enim calcanthū, nec ullius æque mira natura est. Fit & hispania e puteis stagnisue  
habentibus id genus aquæ Decoquitur ea ammixa dulci pari mensura & in piscinas ligneas fundit  
immobilibus super has transtris dependent restes lapillis extentæ: quibus adhærescens lim⁹, uitreis  
acinis imaginē quandā uuæ reddit. Exemptū ita ficcatur diebus, xxx. Coriis est cærule⁹: per quā spe-  
ctabili nitore, uitrumq; esse creditur. Diluendo fit atramentum tinguendis coriis. Fit & pluribus mo-  
dis genere eo in scrobe cauato. Quæ e lateribus distillantes hyberno gelu styrias stalagmiā uocāt:  
neq; est purius aliud. Sed ex eo candidū colorem sentientem uiolam leucoion appellant. Fit & in sa-  
xorū catinis pluuia aq; corruato limo gelate. Fit & salis mō flagrantissimo sole admissas dulces aqua  
cogente, ideo duplici quidam differentia fossile aut facticiū appellant. hoc pallidius: & quantum co-  
lore tantum bonitate deterius, probant maxime cypriū in medicinæ usu. Sumitur ad depellenda uē-  
ntris animalia drachmæ pondere cum melle: purgat & caput dilutū: ac naribus istillarū, item stoma-  
chū cū melle aqua mulsa sumptū, medetur & oculoꝝ scabriei doloriq; necnon & caligini & oris  
ulceribus. Sistit & sanguinem nariū, item hemorrhoidū. Extrahit ossa fracta cū semine hyoscyami.  
Suspendit epiphoras penicillo fronti impositū. Efficax & in emplastris ad purganda uulnera: & ex-  
crescentia ulcerū. Tollit & uuas uel si decocto rangantur. Cum lini quoq; semine superponitur em-  
plastris ad dolores tollendos. Quoq; ex eo candidat in eo usu præfertur uiolaceis & grauitati auriū  
per fistulas inspiratur. Vlnera etiam per se illitū sanat, sed tinguat cicatrices nuperq; inuentū ursoꝝ  
in harena & leonū ora aspergere illo, tantaq; est uis in astringendo, ut non queat mordere.

De pompholyge & spodio & antispodio & diphryge & triente semilio. Ca. xliii.

**Q**uam nunc in ærariis reperiuntur quæ uocant pompholygem & spodion. Differentia,  
q; pōpholyx lotura paraf. Spodios illota est, aliqua id qd sit candidū leuissimūq; pompho-  
lygem dixerunt: & esse æris & cadmiæ fauillā. Spodion nigriore ponderosioreque esse de-  
derasam parietibus fornaciū mixtis scintillis aliquando & carbōibus, hæc aceto accepto odorē æris  
præstat & si tangatur lingua saporem horridū. Conuenitq; oculorum medicamentis quibuscunq;  
uitiis occurrens: & ad omnia quæ spodion, hoc solum distat q; huius elutior uis est. Additur & i em-  
plastra: quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Vtilior ad omnia quæ uino lota ē. Spodios cy-  
pria optime. Fit autem liquefcentibus cadmia ærario lapide. Leuissime hæc efflatur & ocuis: uolatq;  
e fornacibus: & tectis adhærescit, a fuligine distans candore. Quod minus candidū ex ea immaturæ  
fornacis argumentū est, hoc quidam pompholygem uocant. Quoduero rubicundius ex iis inuenit:  
acriore uim habet, exulcerat adeo: ut cū lauatur si oculos attingat exæcet, ē & melli coloris spodios  
in aqua plurimū æris intelligitur. Sed quodcūq; genus lauando fit utilius purgatur ante pinna, dein  
crassiore lotura. Dygitis scabrieiem exterunt. Media uis eius est quæ uino lauatur. Est & aliqua in ge-  
nere uini differentia. Leni, n. lota collytiis oculoꝝ nimium uigiliis fatigatoꝝ apta putatur. Eadē ef-  
ficacior ulceribus quæ manant, uel oris, quæ madent: & omnibus medicamentis quæ parantur con-  
tra gangrenas. Fit & in argenti fornacibus spodios, quam uocant lauriorin, utilissima aut oculis cō-  
firmatur quæ fit in aurariis, nec alia parte magis est uitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda esset  
metalla uel lissimis rebus, utilitates eadē excogitauit, antispodion uocant cinerem fici arboris uel ca-  
prifici, uel myrti folioꝝ cū tenerrimis ramoꝝ partibus, uel oleastri uel cytonii mali: uel lentisci, itē  
ex moris imaturis, i. candidis in sole arefactis: uel e buxi coma: uel pseudocyperū, aut rubi, aut tere-  
binthi, uel oenantis. Taurini quoq; glutinis, aut linteoꝝ cinerē similiter pollere inuentū est, urū ē om-  
nia crudo ficti i fornacibus, donec siglina percoquat, in ærariis officinis & smegma fit iam liquato  
ære atq; percocto additis etiamnū carbonibus paulatimq; accensis ac repente uehementiori flatu ex-  
puitur æris pala quædam Solū quo excipiat stratū esse debet facile ab ea discernitur aqua in iisdē  
officinis, diphryga uocant græci ab eo quod bis torreatur Cuius origo triplex Fieri enim traditur  
ex lapide pyrte cremato, in caminis: donec excoquat in rubricam: fit & in cypro ex luto cuiusdam

psēg  
ma oēs  
alii au-  
ctores